

36)\*(52)

Ad

CLARISSIMUM, DOCTISSI-  
mumq̄, Chymicorum mysteriorum,  
cum miscellaneis Sophicis va-  
riis, Autorem.

**D**exteritate nitens solida Virtutis, & Artis  
O VIR, ô studii magne Patrone mei,  
Vidit Apollo tuum Librum cum Pallade, gau-  
dens

max exclamando talia verba dedit:

Vir bonus est commune bonum, communicat ipse  
se benè cuiq̄ bono, promovet omne bonum!

Talis hic est Noster, quem non volo nomine prodi;  
est notus meritis satq̄, superq̄, suis.

Heus vos, qui sapitis Physicum cognoscere verum,  
ingenno faciles huc properate pede!

Approperate, videte Virum Polyhistora, cujus  
Consilium, res est tuta, lucrosa, sequi!

Hic rodit nihil invidia Dens; aurea pura  
stat Sophia, Doctis suspicienda, Petra.

Ad Eundem.

**O**Mne tulit punctum, qui miscuit utile dulci:  
sic verè pulchro Carmine, Flaccus ait.

Ecquid Tu misces, qui Miscellanea scribis?  
semper honorati Nominis Autor amans,

Rem summam, utibilem variâ dulcedine lingua  
eloqueris; pennâ teste, manuq̄, tuâ.

Res ea de Sophicis miracula maxima rebus,  
ac Medicinales undiq̄, pandit opes.

Naturaq̄, Metallaris penetralia scrutat,  
è quibus Aurificans provenit ille Lapis.

Fiat